Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1113
Quelle:
Copyright:

2. p. 212. magisque insuper e fine, ubi Noster post verba ultima: *et in unica diuinitatis substantia in secula seculorum amen;* 12. adtexit lineas, quae potius ad Tractatum quempiam in *Cantica Canticorum* pertinere videntur. Manus Sec. XIV.

LIV. *fol.* 149. *Beatus Bernardus de triplici custodia Manus lingue et Cordis.* Initium: *Omnes causamur nobis deesse gratiam* &c. In edit. *Maur. Paris.* 1690. est inter *Sermones de diversis* numero XVII. T. III. *col.* 1118. Nitidum Sec. XIII. Exemplum. Quae sequuntur, Sec. XV. exarata sunt.

LV. *fol.* 156. *Collacio communis ad omnes de X. preceptis et X. plagis egypti.* In illud: *Confitemini domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite illi.* Ps. 32. v. 2. Initium: *Nos congregati ut deo seruiamus in duobus modis eum laudare debemus* &c. Finis: *glorie eterne poterimus feliciter peruenire.*

LVI. *fol.* 158. *De omnibus sanctis.* Sermo in illud: *Gaudent in celis anime sanctorum qui christi uestigia sunt sequuti.* Eccl. Initium: *Iure gaudent in gloria celorum cum christo qui principes extiterunt passionis ejusdem in exilio* &c. Finis: *et sic ad idem brauium cum sanctis perueniemus.* Horum bonae frugi *Sermonum* Autorem ignoro.

LVII. *fol.* 160. *Excerptum de quinquagenis Augustini.* Sive de Commentariis in Psalmos. Prolixum, usque ad *Codicis* terminum pertingens.

CCXCIV. VII F. 2

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 80. 4. perquam nitide exaratus continet CCIII. ex *Epistolis Ivonis*, qui sedem *Carnotensem* ab an. 1090. vel, ut certius, 1092. ad an. 1115. tenuit, atque in earum numero *duas*, quae in Edit. *Paris.* 1647. f. non comparent. Dabo earum Elenchum addito singulis numero, quo in nunc dicta Editione sese consequuntur. 423

1. Ad Richerum Senon. Archiep. 8.
2. Ad Urbanum II. P. Rom. 12.
3. Ad Gualterum *s.* Walterium Ep. Meld. 16.
4. Ad Richerum Senon. Archiep. 35.
5. Ad Hugonem Lugdun. Archiep. 24.
6. Ad Urbanum II. 25.
7. Ad Hugonem Lugd. Archiep. 59.
8. Ad Eundem. 60.
9. Ad Bernardum maj. Monast. Abb. 4.
10. Ad Adelam nobil. Comitissam. 5.
11. Ad Virgines Monast. Dunens. 10.
12. Ad Eudonem Normanniae Dapifer. 27.
13. Ad Petrum Pictav. Ep. 36.
14. Ad Rotbertum. 37.
15.